



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

5. Opera bona, seu Merita Fidelium proborum sunt veluti lateres ad Spem  
quà Parietem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

constituant in Meritis Passionis & Vulnerum CRUCI  
cifxi:& dicant confidenter: Merita mea Vulnera  
Domine. Tua merita mea sunt: in illis SPERO, in illis  
confido: in illis ego ex me pauperrimus, ditissimus sum.  
*Serm. xi. in Cant. Ego fiderem, quod ex me mihi deest, usque  
michi ex visceribus Domini mei, quoniam misericordia affluit  
nec desunt foramina per quae effluent. Foderunt manus eius  
& pedes, Latusque lancea foraverunt. Et per has rimas mihi  
sugere mel de Petra, oleumque de saxo durissimo: id est,  
flare, & videre quam suavis est Dominus. Copiosa redemptio  
est nobis in Vulneribus Iesu Christi, Salvatoris nostri, magis  
multiudo dulcedinis, plenitudo gratiae ac perfectio Virtutum.  
igitur MERITA CHRISTI D. veluti lapides, ex quibus  
construitur PARIES-SPES, considero.*

## ARTICVLVS V.

## OPERA BONA

*Seu Merita fidelium proborum sunt, veluti Lateres ad  
Spem, quam Parietem.*

**L**ATERIBUS istis innectuntur LATERES. Sic apparet  
Opera bona fidelium, facta in Christo, quam  
Merita vitæ æternæ: ex quibus Murum Spei lateritius  
componi mihi persuadeo. Spes enim Christiana, sum  
posita fide, & misericordia ac pollicitatione DEI, ut  
Meritis Salvatoris, operibus etiam bonis fidelium nascitur.  
Cujus contrarium pessimi in Architecturâ sacrâ dascali, hæretici nostri temporis profitentur. Qui docent, hominem Christianum non debere ullo modo  
Spem salutis collocare in bonis suis operibus quam  
per gratiam Christi factis. Ita passim afferuit, scripsitque

Luther

Lutherus, idemque propugnavit Calvinus lib. tertio Institut, cap. XII. §. 3. & 4. in quibus acriter contendit, nullam in propriis meritis fiduciā esse collocandam. Calvino adhærent asseclae, & alii hujus ævi sectarii. Sed nos habemus firmiorem quem amplectimur, Propheticum sermonem, quo erudimur, Vitam æternam esse mercedem bonorum operum: præmium cœlestē conferri hominibus secundum mensuram & proportionem operum: Deum, ut justum judicem, regnum cœlorum, velut debitum præmium ex justitiâ Bonis operibus redere, ex quibus Spes consurgit. *Fiducia magna erit coram Deo.* inquietabat Tobias cap. IV. eleemosyna, omnibus facientibus eam: Clarissimè Rex David: *Psal. xvii. 21. 22.* Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum putatatem manuum mearum retribuet mihi. *Quia custodivi vias Domini, nec impie gessi à Deo meo.* Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, & justicias ejus non repuli à me. Si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris, dicitur Iobi xi. & non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam, & habebis fiduciā proposita Spe.

SED quoniam Opera fidelium Naturam respicere possunt, & Gratiam Christi, quomodo sint, veluti latentes, ad Spei-Parietem idonei, docet Paulus Apostolus ad Corinthios scribens, quos monet, ne infistant operibus, ut sunt naturæ fœtus, sed ut gratiæ. Fiduciā, inquit, *talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* 2. ad Corinth. 3. Quibus disertè explicat, quatenus sive cogitationes bonæ, sive actiones studiosæ ad Spei-Parietem constituendam concurrunt: nempe, non ut sunt ex nobis, seclusa à Dei gratiâ, sed, ut sufficientia nostra, & valor actionum ad salutem comparandum ex Deo est. Itaque, prout operationes illæ, sunt

## 510 OPUSCULUM VI. SERMO II.

liberalitatis , ac munificentiae divinæ beneficia , ex-  
trunt Murum Spei ac fiduciæ Christianæ , tanquam eis  
materia . Nos autem ut cooperatores quidam Architec-  
tū premi , & illius murarii , ejus auspiciis & subsidio , et  
dem producimus , & ad parietem componendum ap-  
pulum . Quo sensu benè dixit S. Basilus : lib. de Spir. S. cap.  
24. *Homo ex operibus justitiae salvatur.*

NEQUE , nisi ab ignaro omnis bonæ Theologia di-  
potest , in Christi injuriam cedere (ut obijciunt adver-  
sarii , simplicium se ductores , quod sibi persuadeant Chri-  
stiani , Catholici , Papistæ , Bona opera ad Pa-  
riitem - Spei extruendum adhiberi , quasi non suffi-  
cient Christi Servatoris Merita . Siquidem me-  
rita Justorum non opponuntur meritis Christi sed  
iis originem suam habent ; & quicquid in eis est lauda-  
bile redundat in laudem meritorum Domini . Ipse enim  
est *Vitus , nos palmites* Joan. xv. Et sicut palmes non potest ferre  
fructum , nisi manse rit in vite , sic & nos nihil possumus  
sine Christo facere . Quis autem dicat , detrahi de gloria  
Vitis , si palmites ejus sint fecundissimi , & nultum fructum  
etiam adferant ? Ejusdem autem sapientiae est , asserere , quo  
detrahatur de gloria Christi , si servi ejus per gratiam  
ejus , per fidem , ejus dono infusam , per Caritatem , et  
beneficio inspirata , per spiritum ejus munere in corde  
diffusam , abundant bonis operibus , quibus debeat  
corona justitiae . Quæ hæc est deliratio ?

## ARTICULUS VI.

## ANALOGIA

*Operum bonorum cum Lateribus.*

BONA fidelium opera *Lateres* appellamus . Attende-  
tur , quid sint , & quomodo confiantur , apparebit  
convenientia . Substantia Lateris est terra , lumen , gleba .

Sole

(a)